

dicto cap. *quia Gu.* Paul de Castr. et Ludo. Roma. in l. *si constante*, §. *fin. ff. solut. matrim.* Dicere autem, quod hæc lex velit, quod etiam lite non coepta cum laico defuncto, hæres clericus conveniatur coram iudice seculari, est dicere quid absurdum, et contra conclusionem omnium Doct. Bart. et aliorum, in dicta l. *hæres absens*, in princ. ff. *de iudic.* Glos. in cap. *clericum nullus*, 11. quæst. 1. et Canonistarum in dicto cap. *quia Gu.* et contra textum in cap. 2. et 5. et cap. 11. *experientia*, quæst. 1. neque testator posset gravare clericum hæredem, subiiciendo eum iudici seculari, secundum Bald. in l. 2. *C. ut in poss. legat.* et ad l. *hæres absens*, in princ. respondent Doct. quod intelligatur de privilegio speciali, non de privilegio clauso in corpore iuris, prout est istud; vel potest aliter responderi, secundum Archidiaconum, post Joan. de Fan. quod illa lex loquitur de privilegio loci, per quod vellet eximi à loco, non de privilegio personæ, quod patet ex verbis ibi positis, *ibi, et ubi*, quæ localiter ponuntur; præterea ibi loquitur de proprio privilegio, et clericorum privilegium non est proprium, sed totius ordinis, et quod Albert. refert in dicta l. *hæres absens*, determinatam fuisse Pergami per antiquos, quod clericus succedens laico conveniri possit coram iudice seculari pro contractibus laici, cui successit, non potest stare, cum ex eo, quod bona laici iam sunt commixta cum patrimonio clerici, non dicuntur iam bona defuncti, l. *sed si plures*, §. *filio*, ff. *de vulg. et pupil. l. 1. §. veteres*, ff. *de acquir. poss.* unde actor debet sequi forum rei, et non est ratio, cur ab ista regula recedere debeamus: verba igitur huius legis restringenda sunt, et intelligenda, quando lis fuit coepta cum defuncto, ut dixi, et satis est, quod in hoc operentur, in casu ubi tanta diversitas est inter Doct. utriusque juris, et per hoc posset dici, quod instantia litis super bonis majoriæ coepta cum defuncto laico, transeat in clericum succedentem in majoria, per supra dicta, et per textum, et ibi Paul. de Castr. in l. *si eum hominem*, ff. *de iudic. l. si operarum iudicio*, ff. *de oper. libert.* in contrarium tamen facit dic. l. *si constante*, §. *fin. ff. solut. matrim.* secundum intellectum Bart. ibi; cum talis clericus habeat iudicem proprium, et sic locum debeat habere, quod habetur in cap. *clericum*, 11. quæst. 1. ista lex Partitarum multum facit pro prima parte; adverte etiam, quod Andr. de Iser. tit. *quæ sunt rega. in parte contrahentium inonestas nuptias*, col. 2. dicit, quod si agatur contra tenentes bona proditoris, ut confiscentur domino temporali, cui erat subditus, et tenens bona proditoris erat clericus, quod sæcularis iudex cognoscat, argum. l. *Manichæos*, C. *de hæret.* et §. *per contrarium*, Instit. *de hæred. quæ ab intest. defer.* quod dictum videtur carere ratione, et iudicio fundamento per supradicta, nisi forte clericus non contradiceret, et fateretur bona esse proditoris: adverte etiam, quod Bald. in l. *fin. C. de edict. divi Andri. tollen.* in versic. *sed. hic quaritur*, dicit, quod si sunt plures possessores hæreditatis, quibus universaliter deberet offerri libellus, quod si omnes essent laici, excepto uno, qui esset clericus, quod debet agitare iudicium coram iudice seculari.

(6) *Ante quem faze la demanda al lego.* Adde l. *venditor*, ff. *de iudic.* et Glos. in cap. *clericum nullus*, 11. quæst. 1. et Abb. in cap. *fin. de empl. et vend.* et vide latè et eleganter per Socin. in consil. 91. 5. vol. incipit, *casus, super quo consilium postulat, in 7. dubio*, ubi in hoc concludit idem quod habetur in ista lege, et intelligit glossam dict. cap. *clericum nullus*, ita ut non sit in hoc contraria, prout à quibusdam allegatur: aliqui enim allegant illam glossam quod clericus veniens ad defensionem rei trahit actorem coram iudice ecclesiastico, prout fuit Joan. de Plat. in l. 2. *C. de usurariis et susceptor.* lib. 11. Paul. de Castr. ubi refert Specul. in dicta l. *venditor*, ff. *de re iudic.* in sensu verò contrario allegat eam Abb. in dicto cap. *fin. vers. sed est dubium notabile.*

LEY LVIII.—De los juicios que pertenescen a Santa Iglesia por razon de pecado.

Todo ome que fuesse acusado de heregia (1), e aquel contra quien mouiessem pleyto por razon de vsuras (2), o simonia (3), o de perjuro (4), o de adulterio (5); assi como acusando la muger al marido, o de ella a ella, para partirse uno de otro, que non morassen en uno; o como si accusassen algunos que fuessem casados, por razon de parentesco, o de otro embargo que ouiessem, porque

se partiesse el casamiento del todo: o por razon de sacrilejo (6), que se faze en muchas maneras, segun se muestra en esta Partida, en el título que fabla de los que roban o entran por fuerza las cosas de la Iglesia (7); todos estos pleytos (8) (a) sobredichos, que nascen de estos pecados, que los ómes fazen, se deuen judgar e librar por juyzio de Santa Iglesia.

(a) Extraña Gregorio Lopez que no añada la ley en este lugar las palabras *y otros semejantes*, habiendó otros muchos casos que son de indudable y exclusiva competencia de la jurisdiccion eclesiástica, y sin embargo no se expresan en esta ley. Los estrechos límites de una simple anotacion no permiten que nos detengamos á enumerarlos, examinándolos y fundándolos, que sería muy prolijo. En su lugar daremos dos reglas incontestables. — 1.ª Siendo la Iglesia por derecho divino el intérprete exclusivo de la moral evangélica, ella sola es competente por el mismo derecho para decidir acerca del pecado que pueda haber en cualquier acto humano, conociendo en todas cuestiones de hecho y de derecho. — 2.ª Como la sancion penal de las leyes canónicas, á cuya obediencia están obligados todos los católicos, son las censuras eclesiásticas, compete á la Iglesia exclusivamente el derecho de conocer en todos los casos en que pueda imponerse la pena de alguna censura. — Véase nuestra nota 2.ª á la L. 3, tit. 3 de esta Partida.

Quando á un delito corresponde una pena canónica, y al mismo tiempo una pena secular, que deberá ser impuesta por la jurisdiccion secular, se formalizan indispensablemente dos juicios, que no pueden acumularse por su naturaleza, el uno en el fuero eclesiástico para la imposicion de la pena canónica, y el otro en el fuero secular para el castigo correspondiente. La razon es, porque el reo debe sufrir dos penas, satisfaciendo á dos sociedades diversas é independientes, la Iglesia y el Estado. Este principio se reconoce terminantemente al final de la L. 62 de este título, que dice: *Onde qualquier que contra esto ficiesse, sin la pena (es decir, ademas de la pena, con cuya interpretacion conviene la glosa) que merese auer, segun manda Santa Iglesia, denegela dar el Rey segun su aluedrio, acatando el yerro que hizo, e el fazedor del, e a quien lo fizo, e el tiempo, e el logar en que fue fecho.*

LEY LVIII.—Causa hæresis, simonia, usurarum, perjuri, adulterii ad separationem thori, divorcii, sacrilegii, pertinet ad jurisdictionem Ecclesiæ. Hoc dicit.

- (1) *Heregia.* Istud est merè ecclesiasticum crimen, et in eo iudex secularis se non intromitti, respectu cognitionis; respectu tamen executionis ad petitionem Ecclesiæ, sic, ut in cap. *ut inquisitionis*, §. *prohibemus*, de hæret. lib. 6.
- (2) *De usuris.* Super hoc fuit triplex opinio, prout tradit Felin. in cap. *cum sit generale, de for. compet.* col. 2. Prima, quod huius criminis cognitio semper sit ecclesiastica, nisi esset quæstio de solo calculo; hanc tenet Bald. in l. *quoties*, C. *de iudic.* Anch. in Clement. 2. eod. tit. Glos. et Imol. in dicto cap. *cum sit*. Secunda, quod semper sit mixta: hanc tenet Salic. in l. *eos*, §. *fin. C. de usur.* Archid. in cap. *quid dicam*, 14. quæst. 4. et alii ibi relati à Fel. in cap. *cum sit*. Tertia, quod cognitio sit mixta solum ubi est quæstio facti, quam tenet Bart. et multi alii, quos ibi videbis per Felin. et ad ista, secundum Felin. non est tutum recedere per ea, quæ ibi latè traduntur per eum.
- (3) *De simonia.* Allegat Joan. Andr. de simon. per totum; hoc crimen vult Abb. in dicto cap. *cum sit generale*, quod sit merè ecclesiasticum, et sæcularis de eo non possit se intromittere, quia simonia dicitur hæresis, 1. quæst. 1. cap. *altare*, et cap. *quoniam, de simon.* et quia originem prohibitionis habet ab Ecclesia. Joan. de Imo. in dicto cap. *cum sit*, dicit quod sæcularis potest punire simoniacum, lata sententia ab ecclesiastico, quem sequitur Joan. de Ana. in rubrica, *de simon.*
- (4) *Perjuro.* Proccedit secundum Abb. in dict. cap. *cum sit*, col. 9. sive agatur de juramento respectu fori penitentialis, sive de re-

missione vinculi juramentalis, sive dubitetur, an sit licitum vel illicitum, et sic servandum, aut non servandum; in his enim cognitio tantum spectat ad iudicem ecclesiasticum. Si tamen agatur ad penitentiam transgressionis, dicit, quod uterque potest esse iudex; idem si agatur, ut juramentum servetur, vel de eo excipiatur, et juramentum est validum secundum utrumque jus. Sed eo casu, quo juramentum de jure civili non producit actionem, neque exceptionem cognoscit ecclesiasticus. Item, et sæcularis tenetur in hoc sequi jus Canonicum: videas ibi latius per eum, et de aliis in materia ista, et ibidem per Felin. col. 5. 6. et 7.

(5) *Adulterio.* Sequitur ista lex opinionem Joan. Andr. de qua per eum in dicto cap. *cum sit generale*, et in cap. *cum laicus*, C. *de foro competent.* lib. 6. quod tunc crimen adulterii dicitur ecclesiasticum, quando agitur ad separationem thori matrimonialis: tene menti, quia Abb. in dicto cap. *cum sit*, col. 10. vult, quod etiam ecclesiasticus possit punire adulterium, quatenus agitur ad aliam penam citra sanguinem, allegat cap. *de Benedicto*, cum glos. 52. quæst. 1. et cap. 1. *de offic. ordin.* opinionem Joan. Andr. tenet Ang. in authent. *sed hodie C. de adult.* confert quod dicit beatus Chrysost. 2. libro, *de sacerdotio*, col. 4. ibi: *neque enim nobis facultas tanta à legibus data, ad delinquentes coerendos, etc.*

(6) *Sacrilejo.* Adde dict. cap. *cum sit generale*, ubi quod istud crimen est mixti fori, et ex remissione quam facit ista lex ad tit. 18. infra eod. et signanter ex l. 5. ad fin. illius tituli, videntur in multis comprobari dicta Innoc. in dicto cap. *cum sit*, quæ latius prosequitur ibi Abb. col. 5. 4. 5. et 6. videlicet quando intervenit fraus, vel nullitas super contractu rei Ecclesiæ, quia est isti fraudantes Ecclesiam, possunt dici malefactores Ecclesiæ, juxta dict. cap. *cum sit*; nisi dicas, quod ista lex et illa loquantur quando intervenit vis seu violentia, intrando res Ecclesiæ, dicta Innocent. et Abb. approbantur à multis: licet enim de re Ecclesiæ, vel clerici, laicus conveniatur coram sæculari, secundum communem opinionem Doctorum contra Abb. in cap. *si clericus laicum, de for. compet.* tamen in casibus specialibus habentibus rationem sacrilegii, vel quasi sacrilegii, volunt Innocent. et sequaces, quod etiam conveniatur coram ecclesiastico.

(7) *De la Iglesia.* Quid si invadantur bona clerici? Abb. in dicto cap. *cum sit*, vult esse idem, et dicit esse casum in cap. *similiter*, 16. quæst. 1. et in cap. *si quis, de patentibus*, 24. quæst. 5. et procedet hæc opinio sine scrupulo, si talis invasio sapiat sacrilegium, ut si in invasione inferatur violentia personæ, ut in l. 3. infra tit. 18. ead. Partit. aliàs ex sola invasione rerum clerici, non committitur sacrilegium, secundum Archid. post Hugon. in dicto cap. *similiter*. Cessante verò sacrilegio moderni Doct. ut refert Felin. tenent, quod non debeat ad clericorum bona hoc extendi dicit tamen Felin. quod ad dict. cap. *si quis de patentibus*, non potest responderi, nisi forte dicas, quod cum ibi dicit, *clericum spoliaverit*, intelligatur inferendo violentiam personæ, sed est divinatio ad illum textum.

(8) *Estos pleytos.* Non dicit, et de consimilibus, prout dixit Glos. in dicto cap. *cum sit generale*, et dixit l. 36. supra eod. Abb. ibi addit crimen falsi in litteris apostolicis, cap. *ad falsariorum, de crimin. fal.* dicit tamen, quod et iudex sæcularis poterit punire. Petrus de Anch. ut refert Joann. de Ana. in dicto cap. *ad falsariorum*, tenet contrarium, imò, quod puniitio spectet tantum ad sæcularem: Joan. de Ana. concordat respectu pœnæ legitime sit puniitio iudicis sæcularis, respectu excommunicationis sit ecclesiastici: addit Abb. et crimen sortilegii, etiam pacis fractæ, et concubinatus, et quando delictum concerneret statum totius Christianitatis, ut assassinatus, ut in cap. 1. *de homicid.* in 6. Item Felin. ibidem. 8. et 9. col. addit alios casus de Episcopo visitante. Item crimen blasphemæ, et de crimine sodomæ, vide ibi per eos; et an punitus de crimine in uno foro possit puniri in alio, vide Abb. in cap. *tuæ, de procurat.* Joan. de Imo. cap. 1. *de offic. ordin.* Bald. in l. *cunctos populos, in lectura*, C. *de summa Trin.* et *fide Cathol.* tu considera, quod lex ista Partitarum casus in ea expressos dicit posse per iudicem ecclesiasticum, unde videtur voluisse, quod de aliis non se intromittat ratione peccati; nam quod dicitur, quod ratione peccati cognoscatur Ecclesiæ, intelligitur quoad definitionem peccati; nam multa iudicat Ecclesiæ fore peccata, et in multis casibus, in quibus sæculares et mundani contrarium iudicarent. Item, et ad Ecclesiam pertinet penitentiam dare, et sic per consequentiam cogere ad satisfactionem, quia non dimittitur peccatum, etc. cap. *cum tu, de usur.* alias cognoscet iudex secularis, principaliter de satisfactione

temporali, si sit quæstio inter laicos, vel si clericus impetat laicum, ita tradit Hostiens. in summa, *de foro compet.* vers. *ex præmissis ad finem*: videmus tamen in practica iudices ecclesiasticos cognoscere etiam contra laicos de blasphemis, de divinationibus et sortilegiis, quæ tamen crimina non continentur sub hæc lege.

LEY LIX.—Por quales razones pierden los Clerigos las franquezas que han, e pueden ser apremiados por los juyzios seglares.

Apremiar pueden los Reyes, o los otros legos, que han poder de judgar en su lugar dellos, a los Clerigos en algunas cosas (1). Ca touo por bien Santa Iglesia (a), que si algun Clerigo por cobdicia, o por su atreimiento quisiesse tomar poder por si para ser Apostolico (2), non seyendo elegido segund manda el derecho de Santa Iglesia, que a tal como este lo Principes seglares lo pudiessem apremiar, e echarlo de aquel logar: e esto deuen fazer, desque lo fizieren saber aquellos, en cuya mano fino derechamente el poderio para elegir. E otrosi quando algunos Clerigos fazen, o dizen alguna cosa, que sea contra la Fe Catholica (3); para destruirla, o embargarla, e los que meten desacuerdo (4), o fazen departimiento entre los Christianos, para partirlas de la Fe Catholica. Ca los legos geló deuen vedar, prendiendolos, e faziendoles el mal que pudiesen en los cuerpos, e en los aueres. Otrosi el Clerigo que despreziare la descomunion (5), e fincare en ella fasta un año, püedelo apremiar el Rey, o el Señor de la tierra donde fuere, tomándole todo lo que fallaren, fasta que venga a fazer emienda a Santa Iglesia. E non tan solamente pueden los legos apremiar los Clerigos en estas cosas sobredichas, mas avn en todas las otras, en que los Perlados demandaren sus ayudas, mostrando que non pueden complir sus sentencias contra ellos segund manda Santa Iglesia (6). Ca en qualquier destas cosas sobredichas, pierden los Clerigos sus franquezas que ante auian, de non ser apremiados por juyzio de los legos.

(a) Aquí se reconoce por tanto el principio incontestable de que en los casos que expresa esta ley quedan desaforados los clérigos por disposicion del derecho canónico, y en los términos que este previene.

LEY LIX.—Rex, aut Princeps sæcularis per Cardinales requisitus, potest Antipapam damnificare. Item hæreticos, et schismaticos, et per annum in excommunicatione existentes, et quoscumque alios clericos delinquentes insequi, et arcere ad requisitionem iudicis ecclesiastici. Hoc dicit.

- (1) *En algunas cosas.* Ortum habet hæc lex à notatis per Glos. in cap. *principes sæculi*, 25. quæst. 5. quam glossam allegat pro notabili Alex. consil. 8. volum. 1. Guilliel. Benedicet. cap. *Raynulfus, de testam.* in verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. fol. mili 357. col. 4. ubi ipse ponit alium casum; vide etiam Speculat. tit. *de compet. iud. additio*, §. 1. col. 2. vers. *in quibusdam*.
- (2) *Para ser Apostolico.* Adde cap. *si quis pecunia*, 79. dist.
- (3) *Catholica.* Adde cap. *quo jure*, 8. dist. et cap. *neq. licuit*, 17. dist. et cap. 1. 25. quæst. 5.
- (4) *Desacuerdo.* Adde cap. *de Liguribus*, 25. quæst. 5. et cap. unice. *de schismat.* lib. 6.
- (5) *Despreziare la descomunion.* Adde Glos. in dicto cap. *principes sæculi*, et cap. *rursus*, et cap. *quicumque*, 11. quæst. 5. cap. *excommunicamus*, et l. 4. §. *qui autem, de hæret.* adde Hostiens. in summa, *de cleric. excom.* §. 1. vers. *et si in sententia contumaces*, et vide l. 52. tit. 9. infra ead. Part. et quæ ibi dixi.
- (6) *Segund manda Santa Iglesia.* Vide in dicto cap. *principes*, et cap. *eos*, 32. dist. cap. *Adrianus*, 65. dist. cap. *excommunicamus*, §. *moneantur, de hæret.* cap. 1. *de offic. ordin.*

LEY LX.—Por cuales cosas pierden los Clerigos las franquezas que han, e deuen ser degradados, e dados al fuero seglar.

Falsando (1) algun Clerigo carta del Apostolico (2), o su sello, desque fuer fallado en fal falsedad, pierde la franqueza que han los Clerigos, e deuenle degradarse segun manda Santa Iglesia, e darlo luego (3) abiertamente al fuero de los legos, seyendo delante (4) el Juez seglar, e estonce lo puede prender, e darle pena de falsario. Pero su Perlado deue rogar (5) por el, que le haya alguna merced, si quisiere. E desta misma guisa deuen fazer al Clerigo, que denostasse a su Obispo (6), e non le quisiere obedescer, o lo asechasse (7) en qualquier manera, por lo matar (a). E esso mismo seria del Clerigo que fuesse fallado en heregia, e se dexasse (8) della, jurando que nunca mas en ella tornasse; ca tornando a ella otra vez deuenlo degradar, e darlo al fuero de los legos al judgador seglar, que lo judgue luego, como meresce. E esso mismo deuen fazer al que fuesse acusado de heregia, e se saluosse ante su Perlado, si despues fuesse fallado que tornaba (9) en ella. Ca por qualquier destas maneras sobredichas, que dize en esta ley, deue ser dado el Clerigo al judgador seglar, Inego que fuere degradado, que lo apremie, judgando contra el que muera, o que haya otra pena segund el fuero de los legos Otrosi quando algun Clerigo fuesse fallado, que falsasse carta, o sello del Rey (10), deue ser degradado (11), e hanlo de señalar con fierro caliente en la cara (b), porque sea conocido entre los otros, por la falsedad que fizo, e despues deuenlo echar del Reyno, e del Señorío del Rey, cuyo sello, o carta falso.

(a) Este caso es por lo ménos muy dudoso, porque acerca de él no hay otra disposicion que la contenida en el *cán. 18, caus. 11, q. 1*. Mas este *cánon* es de autoridad dudosa ó incierta, como tomado de las falsas decretales de Isidoro Mercator.

(b) Há mucho tiempo que caducó la pena de marca, y así a nadie se aplica.

LEY LX.—Clericus falsans bullam apostolicam, aut summ Episcopum improperans, et ei est inobediens, vel si vitæ ejus insidiatur, item in hæresim relapsus, degradatur, et per judicem sæcularem puniatur ut laicus; et si falsat litteras, aut sigillum regium, degradatur, et impressione calidi ferri in facie expellitur ab ejus regno. Hoc dicit.

(1) Falsando. Ortum habet hæc lex à notatis per Glos. in cap. ad abolendam, de hæret. ad quam quotidie fit remissio, secundum Abb. in cap. etsi clerici, in princ. col. 14. de judic. col. 14.

(2) Carta del Apostolico. Vide in cap. ad falsarios, de crimin. falsi.

(3) Darlo luego. Clericus degradatus statim officitur de foro sæculari, ut hic, et in cap. novimus, de verb. signif. ubi notat Abb. cap. 2. de pœnis. lib. 6. secus in deposito, ut infra l. proxima. et degradatio æquiparatu ultimo supplicio, vide Abb. in cap. quod sedes, de officio ordin. col. antepen. et qualiter fiat degradatio clerici, vide per Specul. tit. de accusat. §. secundo loco videndum, ubi et videbis qualiter fiat restitutio degradati, et vide quæ habentur in cap. Felix, cum sequenti, 15. quæst. 7. et in cap. degradatio, de pœnis, lib. 6.

(4) Seyendo delante. Vide in dicto cap. novimus, de verb. signif. (5) Rogar. Vide in dicto cap. novimus.

(6) Denostasse a su Obispo. Adde cap. si quis sacerdotum, 11. quæst. 1. Glos. in dicto cap. ad abolendam, in verbo relinquantur, et Glos. in cap. fin. de testib. cogend. Glos. tamen in cap. cum non ab homine, de judic. dicit: in l. capitulum procedere in incorrigibili, et idem voluit in dicto cap. novimus, de verbor. signif. et Glos. in cap. si qui sunt, 2. quæst. 6. et ista pars tanquam mitior com-

munitur approbatur per Doctores in dicto cap. fin. de test. cogend. et in dicto cap. cum non ab homine; quia durum est dicere, quod propter homicidium non tradatur Curie sæculari, ut in dicto cap. cum non ab homine, et quod propter simplex convitium illatum Episcopo, traderetur immediate, secundum Abb. in dicto cap. et si clerici, in princ. col. 15. neque obstat dict. cap. si quis sacerdotum, cum dicitur mox depositus Curie tradatur, quia dictio illa mox quandoque intelligitur cum intervallo, l. sed et si conditione, §. servus, ff. de hæret. instit. cap. 1. ubi Glos. in verbo mox, 20. quæst. 2. Decius in dicto cap. et si clerici.

(7) Lo asechasse. Vide in dicto cap. si quis sacerdotum, et in cap. accusatoribus, 5. quæst. 3. et ut dixi in l. proxima, ad hoc, ut iste degradatus tradatur Curie sæculari, debet præcedere incorrigibilitas; et sic intelligunt Doct. communiter dictum cap. si quis sacerdotum; vide quæ dico infra l. proxima. in fin. Glos. magna: dicit etiam Bald. in l. 1. §. cum patronus, in fin. ff. de offic. præfecti urb. quod miles conspirator degradandus est, et conspiratorum domus destruntur, §. conventiculas, et ibi Bald. de pecc. juram. firm.

(8) E se dexasse. Et sic loquitur hic in hæretico relapso, qui degradatus sine ulla audientia traditur Curie sæculari, cap. super eo de hæret. lib. 6. et in cap. accusatus, eod. tit. et vide in cap. ad abolendam, eod. tit.

(9) Que tornava. Vide in dicto cap. ad abolendam, de hæret. et cap. super eo, eod. tit. lib. 6.

(10) Carta o sello del Rey. Concordat cum cap. ad audientiam, de crimin. falsi.

(11) Degradado. Degradatione verbali, non actuali, Abb. in dicto cap. ad audientiam.

LEY LXI.—Por cuales yerros non deuen ser dados los Clerigo, al fuero seglar, maguer sean degradados.

Degradados llaman a los Clerigos, a quien tuellen las Ordenes los Perlados, por grandes yerros que fazen: e quando acadesse que algun Clerigo fiziesse otro maleficio, que non fuesse de los que son dichos en la ley ante desta, porque lo ouiesse a degradar (1); assi como si fuesse preso en furto (2), o en homicidio (3), o en perjurio, o en otro yerro semejante destos, e acusado, e vencido ante su Juez; estonce su Perlado deuelo degradar; e maguer sea degradado por qualquier destos yerros, non le deuen por ellos dar al fuero de los legos, ante deue huir como Clerigo (4), e judgarse por la Clerezia, e ampararse por ella; pero si despues desto non se quisiere castigar, e fiziesse algun mal (5), porque meresciesse pena en el cuerpo, deuenlo dexar (6) a los legos que lo judguen segund su fuero, e de alli adelante finca al fuero seglar.

LEY LXI.—Si clericus deponatur pro furto, homicidio, perjurio, vel a'io simili crimine, non debet tradi sæculari foro, sed vivat ut clericus, et ut talis Ecclesie forum sortiatur; quod si fuerit incorrigibilis, et iterum delinquat, ita ut corporalem pœnam mereatur, dimittit eum Ecclesia, ut per judicem sæcularem puniatur. Hoc dicit.

(1) A degradar. De depositione intellige, non de actuali degradatione; nam quandoque appellatione degradationis intelligitur de depositione verbali; Abb. et Doct. in cap. ad audientiam, de crimin. falsi.

(2) En furto. Habes hic, quod crimen furti, homicidii, vel perjurii, inducit depositionem; idem habes in cap. cum non ab homine, de judic. de quo lex ista sumpta est; et intellige nisi furtum esset parvum, quia tunc non esset deponendus, Abb. in cap. tua, de pœnis.

(3) Homicidio. Si tamen homicidium esset qualificatum, posset clericus actualiter degradari, ut tradit Abb. post. Petr. de Anchar. in cap. etsi clerici, in princ. col. 16. de judic. idem Abb. in cap. 1. de homicid. in fin. et in cap. novimus, de verbor. signif. Bald. in dicto cap. cum non ab homine, Barba consil. 63. col. 5. vol. 1. Felin. in cap. 1. col. 16. de constit. et in cap. inquisitioni, col. 2. in princ. de accusat. Decius in dicto cap. etsi clerici, in princ. col. 23. ubi dicit, quod ista opinio habet magnam æquitatem, ut delicta punian-

tur debita pœna, et dicit illam vidisse servari Florentine. Adde etiam Archid. Floren. 3. part. tit. 27. cap. 4. col. fin. in fin. referentem temporibus suis Papam Martinum tradidisse Curie sæculari sacerdotem quemdam, qui interfecerat sacristam S. Petri, ut rapere posset bona sacristie; qui fuit occisus per judicem secularem, quamvis jurisperiti consuluerunt non esse tradendum Curie sæculari propter tale delictum. Episcopus etiam Calagurritanus hæc referens in sua praxi criminali canonica, cap. 90. addit, et se audivisse à fidedigno Doctore Parisiensi, vidisse eum anno Domini 1350, Episcopum Parisiensem degradasse quemdam sacerdotem ad valvas majoris Ecclesie Parisiensis, et tradidisse eum Curie sæculari, eo quod occiderat animo depradandi rectorem cujusdam oppidi habitantem in Collegio Eduenn. cujus ille famulus fuerat, ibique refert practiatum fuisse Hispani istam opinionem, anno Domini 1326. contra quatuor religiosos monasterii S. Augustini dictæ civitatis, qui diabolica suggestione decepti Provinciam suam occiderunt. Vide latè ibi per eum multa in hoc dicentem, et referentem Arnaldum Albert. in cap. quoniam, de hæret. lib. 6. column. 124. per multas col. examinantem questionem istam, et tandem dicentem opinionem contrariam esse commanem. Item et Franc. de Aret. in dict. cap. cum non ab homine, dicit, contrariam opinionem contra Abb. et Anchar. esse communem, quam et ipse sequitur column. 9. Item ibidem Decius, dicens opinionem communem veriore, et tandem ipse Episcopus Calagurritanus dicit sibi videri, quod si in aliquibus casibus ob immanitatem criminis et scandalum populi inde secutum, visum fuerit iudicibus delegatis vel ordinariis, sequendam esse opinionem Abb. et Anchar. quod hoc posset solum habere locum in Clericis primæ tonsuræ tantum; in sacerdotibus verò, et aliis clericis sacri ordinis, censet secundum communem opinionem judicandum, ut poteris ibi latius videre per eum: quæ distinctio an clericus sit in minoribus, vel in sacris, nullo jure probatur; fortè motus fuit à solitiis in hoc fieri, ut tradit Guilliel. Benedict. in repet. cap. Raynulfus, de testament. super verbo et uxorem nomine Adelasiam, fol. mibi 89. Placitum mihi fuerat in quæstione tam ardua, et periculosa, majori otio frui, ut ruminatis multum fundamentis utriusque partis, rectè aliquid ex mea sententia dicere potuissem: nunc in isto discursu non auferem à communi opinione recedere, quam tamen limitarem in casu, quo per insidias clericus etiam sacerdos occideret, vel insidias paraverit ad occidendum Pontificem suum, per textum expressum in cap. si quis sacerdotum, 11. quæst. 1. quem textum, ut l. supra proxima dixi, Glos. et Doct. intelligunt data incorrigibilitate: moventur, quia durum esset pro simplici convitio in Prælatum, clericum actualiter degradari, et tradi Curie sæculari, quæ ratio cessat in homicidio Prælati facti per insidias et proditorie; ex quo apparet in causa illorum monachorum civitatis Hispanensis rectè fuisse judicatum, cum ille pater Provincialis illis subditis esset loco Episcopi, ut tradit Abb. in cap. in singulis, de stat. monach. et probat hoc etiam l. supra proxima ibi: o lo asechasse en qualquier manera por lo matar. Idem crederem si sacerdos, vel alius clericus patrem suum, vel matrem occideret proditorie, quia sicut hoc voluit textus in dict. cap. si quis sacerdotum, in patre spirituali, videlicet Prælato, sic et in patre carnali, cui ita filius tenetur de jure gentium, l. veluti, ff. de just. et jur. et ex præcepto decalogi, exemplo Salvatoris nostri Jesu, de quo Evangelista dicit: et erat subditus illis, Mariæ Virgini Matri, scilicet, et putativo patri Joseph, ubi Ambros. super Lucam. cap. 2. vers. 51. Discite quid parentibus vris debeas, et post pauca: Tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia; matri longa discrimina, cui miseræ in ipsis votorum fructibus majus periculum est, et cum ediderit, quod optavit, partu absolvitur, non timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu, et multiplicatos alienis usibus census, jactaque agricolæ semina posterorum ætatibus profutura? Nonne pro his obsequia saltem oportet rependi? Cur impio, patris vita prolixior, et communis patrimonii videtur angustior? Hæc Ambros. Et quia in his magis est attendenda ratio naturalis, quam civilis, ut in simili dicit Innoc. et extollit istam rationem Abb. in cap. 2. de regul. neque hæc videtur ad illum textum extensio, sed tacitè cautum videtur, glossa notabilis in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6. et tacitè cautum intelligitur, quando eadem ratio reperitur, Bald. in authent. quas actiones, column. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. l. à Titio, in princ. ubi Jas. plura accumulatur, ff. de verb. oblig. et eadem ratione idem dicendum in proditore patriæ, quia in patria sunt parentes, et etiam Pontifex, l. veluti, ff. de just. et jur. limitarem etiam in casu

cap. 1. de homicid. lib. 6. per illum textum, quem benè inducit Abb. in dicto cap. etsi Clerici. Papa enim ibi in casu illo dat potestatem laico, et facit eum suum judicem: extra istos casus, vel consulendus esset Papa, vel non recedendum in judicando à communi opinione, etsi homicidium esset à clerico per insidias factum, juxta cap. 1. de homicid. in volum. Decretalium, ex his quæ Joan. Andr. et communiter Doct. antiqui ibi tradunt, et tradit etiam Abulensis, Exod. cap. 21. ad finem, unde decretalis illa sumpta est; et pro communi opinione facit l. ista Partitarum ibi; fizesse otro maleficio, que non fuesse de los que son dichos en la ley ante desta, licet in puncto juris opinio Abb. et Anchar. est satis sustentabilis; et ad cap. cum non ab homine, in quo Decius facit potissimum fundamentum, responderi potest, quod textus ille cum dicit, super quibuscumque criminibus, est positum in consultatione, non in decisione; nam in decisione solum dicitur: in furto, vel homicidio, vel perjurio, seu alio crimine fuerit deprehensus, et dictio alius facit positionem ejusdem qualitatis, non gravioris, cap. sedes, de rescript. et multum est ponderandum, quod Papa in decisione non retulit illud verbum, super quibuscumque criminibus, et convenienter quidem, quia pro crimine hæresis, et falsitatis litterarum apostolicarum, et homicidii Prælati, cautum est in canonibus clericum degradatum Curie sæculari tradi, unde cautè Papa in dict. cap. cum non ab homine, in decisione non dicit, super quibuscumque criminibus.

(4) Como Clerigo. Adde dict. cap. cum non ab homine, et cap. dictum, 81. dist.

(5) Non se quisiere castigar, e fizesse algun mal. Videtur hæc lex velle, quod ex sola perpetratione alicujus delicti post depositionem, iste dicatur incorrigibilis, et tradi posset Curie sæculari, quod secundum Abb. visus fuit velle Ant. in dict. cap. cum non ab homine; Abb. tamen ibi col. 9. tenet, hoc non esse verum, cum talis incorrigibilitas debet elici per modum in dict. cap. traditum, unde sunt tres gradus pœne: primus, quod deponitur; secundus quod secuta incorrigibilitate excommunicatur; tertius, quod anathematizatur, nisi resipiscat post excommunicationem: et si tunc velit redire, et pœnitentiam agere, adhuc est sub protectione ecclesie; et si contemnit omnes istos tres gradus, tunc comprimitur per judicem sæcularem; et sic incorrigibilitas non elicitur ex simplici iteratione delicti, et dicta Abb. sequitur ibi Decius column. fin. intellige ergo istam legem, non se quisiere castigar, scilicet, præcedentibus illis, quæ dicuntur in dict. cap. cum non ab homine.

(6) Deuenlo dexar. Neque requiritur alia actualis degradatio, ut patet ex illo cap. cum non ab homine, et ex cap. de Liguribus, 25. quæst. 5. Item etiam sine tali traditione data incorrigibilitate, ut dictum est, posset comprimi per judicem sæcularem, ut habetur ibidem, Abb. et Decius in dict. cap. cum non ab homine, Abb. in cap. 2. de cleric. excom. minist. ultimo notat.

LEY LXII.—Como deuen los Clerigos ser honrrados e guardados.

Honrrar e guardar deuen mucho los legos a los Clerigos, cada vno segun su Orden, e la Dignidad (1) (a) que tiene. Lo vno, porque son medianeros (2) entre Dios, e ellos. Lo otro, porque honrrandolos, honrran à Santa Iglesia, cuyos seruidores son, e honrran la Fe de nuestro Señor Jesu Christo, que es Cabeza dellos, porque son llamados Christianos. E esta honrra, e esta guarda, deue ser fecha en tres maneras, en dicho, e en fecho, e en consejo. Ca en dicho, non los deuen maltraer, nin denostar (3), nin disfamar. Nin en fecho, matar, nin ferir (4), nin desonrrar prendiendolos, nin tomandolos lo suyo. Nin otrosi en consejo, aconsejando a otri que les faga estas cosas sobredichas, nin atreuerse a aconsejar a ellos mismos que fagan pecado, o otra cosa que les este mal. Onde qualquier que contra esto fiziesse, sin la pena (5) que meresce auer, segun manda Santa Iglesia (b), deuegela dar el Rey (c) segun su aluedrio, acatando el yerro que hizo, e el fazedor del, e a quien lo fizo, e el tiempo, e el lugar en que fue fecho.

(a) Véase nuestra nota á la L. 66, tit. 5 de esta Partida.